in eis similiter leuius et sic hinc quod dixit de grauiori secundum comparationem intelligendum est de leui. scilicet quod leue dicatur per comparationem cum fuerint duo equalia in magnitudine quorum unum citius mouetur ad superius. sed hec ratio inuenitur in compositis grauitas enim magis differt in compositis.

Eorum itaque qui prius.

Et dicamus fere omnis perscrutantes de hiis duo bus non fuerunt perscrutati ni si de leui et graui secundum comparationem et dixerunt quare sunt duo quorum actio est equalis et unum eorum mouetur citius ad inferius quam aliud. et cum hec determinauerint putauerunt quod leue et graue simpliciter. sed sermo eorum non conuenit istis.

Et cum declaratum est iam quid leue esse simpliciter et graue simpliciter et leue esse secundum comparationem et graue simpliciter inuenitur tamen quod et dicamus quod fere omnis antiqui perscrutantes de istis duabus naturis scilicet graui et leui non fuerunt locuti de speciebus earum nisi de graui et leui secundum comparationem et hoc intentum est ex questione eorum querunt enim quare sunt duo quorum motus est ad eandem partem et unum eorum mouetur ad inferius citius suo compari et hoc intendebat cum dixit et dixerunt quare sunt duo quorum actio est equalis etc. et hoc sicut dixit est signum scilicet hoc quod illi non fuerunt locuti de grauitate et leuitate nisi secundum quod in eis quod est per comparationem omne enim quod mouetur ad eandem partem est eiusdem speciei aut grauis aut leuis. et de hoc quod querunt est illa questio scilicet etc. apparet quod loquuntur de eadem specie scilicet aut de graui aut de leui per comparationem si illa pars fuerit inferius. aut de leui per comparationem si illa pars fuerit superius et si perscrutati essent de graui et leui simpliciter

debent dicere quare quedam corpora mouentur ad superius et quedam ad inferius. Deinde dixit. et cum hec determinauerint etc. id est et cum hec dederunt causam grauis aut leuis per comparationem et determinauerunt ipsam putauerunt quod hoc facto iam determinauerunt causam grauis aut leuis. Deinde dixit sed sermo eorum non conuenit istis. id est et apparet ex hoc quod narrauimus de eis quod sermo eorum de graui aut leui scilicet in causis dandis non conuenit graui quod sunt simpliciter que descripsimus.

Quoniam leuius et grauius.

Volumus igitur decla rare et exponere sermo nem eorum. quidam enim eorum determinauit grauius et leuius dicendo quod gra ue est istud quod compo nitur ex pluribus consimi libus leue autem ex paucis v.g. quod frustum plum bi est grauius altero fru sto plumbi cum magis plumbum fuerit in eo quam in altero. et simi liter cuprum est grauius alio cupro cum in eo sunt magis cupri ut dictum est in chio et hoc dictum in aliis con similium formarum quod est istud in quo sunt plu res partes quam in suo com pari et grauius semper et similiter dicit in ligno.